



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

197. Christus tres seqi se cupientes instruit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

Numquid aliquis attulit ei manducare?

Ioan. 4. v. 33.

III. Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. *Ioan. 4. v. 34.*

MEDITATIO CXCVI.

Didagma II. Christus invitat discipulos, ut in opere Dei secum collaborent.

I. **N**onne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. *Ioan. 4. v. 35.*

II. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verum, quia alius est, qui seminat, & alius, qui metit. *Ioan. 4. v. 36. & 37.*

III. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. *Ioan. 4. v. 38.*

MEDITATIO CXCVII.

Didagma III. Christus tres sequi se cupientes instruit.

I. **A**ccedens unus Scriba, ait illi : Magister, sequar te, quocumque ieris. *Matth. 8. v. 19.* Dixit illi Iesus : Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos : filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. *Luc. 9. v. 58. Matth. 8. v. 20.*

II. Ait autem ad alterum : Sequere me. Ille autem (alius de discipulis ejus, *Matth. 8. vers. 21.*) dixit : Domine, permittite mihi primùm ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus : Sine, ut mortui sepeliantur mortuos suos : Tu autem vade, & annuncia regnum Dei. *Luc. 9. v. 59. & 60. Matth. 8. v. 21. & 22.*

III. Et ait alter : Sequar te Domine, sed permittite mihi primùm renunciare his, quæ domi sunt. Ait ad illum Iesus : Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. *Luc. 9. vers. 61. & 62.*

MEDITATIO CXCVIII.

Didagma IV. Cur discipuli Christi non jejunaſerint.

I. **A**cceſſerunt ad IESUM discipuli Ioannis. *Matth. 9. v. 14.* Erant discipuli Ioannis, & Pharifæi jejunantes ; & veniunt, & di-